



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,  
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

**Johannes <de Turrecremata>**

**Lyon, 18. Jan. 1509**

In festo sancte agnetis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

In festo sancte agnetis. Fo. clxxvi.

etur enim illud Eccl. vii. De negligentia purga te cum panis. in glo. quibus oblatio pura sit. multorum delictorum purgat negligentiam. sed hoc non esset si negligentia esset peccatum mortale. ergo etc. In oppositum est euangelium presens. ubi qui neglexit cuius talento sibi dato negociari operando opera virtutum iubet mitti in tenebras exteriores. Respondeo dicendum. quod pro tali negligentia multiplicandi talentum sibi datum a deo merito venit quod condemnatus. Patet conclusio. nam dicit Chrysostomus super hunc passum. Eterna pena potest homo damnari non solum pro peccato commissionis committendo adulterium aut furtum seu homicidium. verum etiam pro peccato omissionis. unde ait. quod non solum qui rapit aliena aut qui male operatur puniuntur ultima pena. sed etiam qui bona non facit. Non enim dives ille epulo fuit damnatus quod rapet aliena. sed quod propria lazaro non communicavit. Quod vero arguitur quod negligentia non potest esse peccatum mortale. Respondetur quod falsum est. Nam dupliciter potest contingere. ut dicit sanctus thomas (i. ii. q. liii. ar. ii.). quod negligentia sit peccatum mortale. Uno modo ex parte eius quod permittit per negligentiam quod quod fit de necessitate salutis. siue sit actus siue circumstantia. erit peccatum mortale. Alio modo ex parte cause. Si enim voluntas intentus sit remissa circa ea que sunt dei ut tota

liter a dei caritate deficiat. talis negligentia est peccatum mortale. et hoc precipue contingit quando negligentia sequitur ex contemptu. alioquin si negligentia consistat in premissioe alicuius actus vel circumstantie que non fit de necessitate salutis nec hoc fiat ex contemptu. sed ex aliquo defectu feruoris que impedit interdum per aliquod veniale peccatum. tunc negligentia non est peccatum mortale sed veniale.



**I**n festo sancte agnetis est euangelium. Si miles erit regnum celorum etc. mat. xxv. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. utrum beata agnes ad hoc quod esset una de numero prudentium virginum habuit necesse in vasse sciencie sue portare caritatis oleum. Secunda. utrum beata agnes fuit christo desponsata.



**P**rima questione sic proceditur. Et videtur quod beata agnes ad hoc quod esset una de numero prudentium virginum habuit necesse in vasse sciencie sue portare caritatis oleum. videtur quod non. Quia tanta prudentia quod virginitas possunt esse in aliquo sine cau-

buit necesse in vasse sciencie sue portare caritatis oleum. videtur quod non. Quia tanta prudentia quod virginitas possunt esse in aliquo sine cau-



## In festo sancte agnetis.

ritate. ergo ad esse prudentē virginem non est necesse caritates habere. sequentia videtur bona. antecedēs pbatur sic. Virtutis enim pprium est bonū actuz pducere. sed illi qui non habent caritatē faciunt aliquos bonos actus. puta dum nudū vestiunt. famelicū pascunt. castitatē seruando. dum cōcupiscētiās cōhibent. et iusticiā seruāt. dum iuste iudicat. ergo etc. ¶ Scdo sic. virgo pōt naturali cognitione deū cognoscere esse summū bonum. ergo naturali dilectione ipsum super oia diligere. ergo sine caritate potest esse prudēs virgo et amare deum super oia sine oleo caritatis. ¶ In oppositū est enā gelium p̄sens. in quo vocantur fatne virgines que nō portabāt oleum in vasis suis cū lampadibus. ¶ Respōdeo dicēdū. q̄ beata agnes vna de numero prudentium virginū necesse habuit portare caritatis oleū in vase conscientie. Que cōclusio pbaf primo sic. Prudētia est virtus directiua actū humanoz in finē debitum. Unde ipsa dicitur tam a p̄phetis q̄ a sanctis auriga virtutū. virgines ergo ille sunt prudentes dicende que dirigūt opera sua et ordināt pncipialiter ad gloriā dei qui est vltimus finis noster. et ad cōsecutionē beatitudinis sue. et hoc nō potest esse sine caritate. que vt dicit augu. in libro de moribus ecclesie. Caritas est virtus que cum nostra re-

ctissima affectio est. cōiūgit nos deo qua eū diligimus. Dicit poterea ap̄ls. j. ad Cor. xij. Si distribuero in cibos pauperū oēs facultates meas. et si tradidero corpus meū ita vt ardeā. caritatem aut nō habeā nihil mihi prodest. Ille ergo virgines que per bona opera sua a predicto fine deuitates. vel ad ppriam gloriā fauorē hominū. vel questū. vel hōmōi cōuertunt vel ordināt merito fatue dicūtur virgines propter defectū intētiōis recte. Ad videndū aut plenius necessitatē hōmōi olei scz caritatis. est notandum iuxta sc̄m̄ thō. (ij. sen. di. xxvij. q. ij. ar. j.) q̄ finis humane vite est. felicitas. Unde fm̄ diuersas vitas etiā diuersē felicitates distinguūtur. Qui em̄ sunt extra vitam ciuilē ad felicitatē ciuilē nō possunt peruenire que attingit summū illi vite. Similiter ad hoc q̄ ad felicitatē contemplatiuā quis pueniat. oportet q̄ illius vite particeps fiat. Unde felicitas ad quā homo p̄ sua naturalia potest puenire est fm̄ vitā humanā. Et de hac p̄bi sunt locuti. vnde in. j. eth. dicit. Beatos aut vt hoies. sed qz nobis pmittit quedā felicitas in qua erimus angelis equales. vt p̄z Mat. xxij. Que nō solū vires hois. sed etiā angeloz excedit. que solū deo est naturalis. oportet ad hoc q̄ ad felicitatē illam homo pueniat q̄ diuine vite particeps fiat. Illud autem q̄



In festo sancte agnetis. Fo. clxxvij.

ad alterum conuenire facit matie  
amicitia est. qz vt dicit phs  
ix. ethicoz. Unusquisqz puerfa-  
tur cu amico suo in illis qz mari-  
me diligit. Et ideo oportuit ha-  
beri quandam amicitiam ad deu vt  
sibi puiuerem. et hec est caritas  
que est quedam amicitia hois ad  
deum per qua homo deu diligit  
et deus hoiem. et sic efficit que-  
dam associatio hois ad deum. si-  
cut dicitur. j. Job. j. Si in luce  
ambulamus sicut et ipse in luce  
est. societate habem ad inuicem.  
Hec autem conuicatio diuine vite fa-  
cultate nature excedit. sicut et fe-  
licitas ad qua ordinatur. et ideo  
oportet qz per aliquod bonu sup  
additu natura in hoc pficiatur.  
et hoc est ipsa virtus caritatis. et  
ita manifeste puz necessitas olei  
caritatis. ¶ Ad rationes in opo-  
positu. ¶ Ad pma rñdetur nega-  
do pnam. Et ratio est. qz lz sine  
caritate possit esse aliqs actus  
bonus ex suo genere no tm perfe-  
cte bonus. qz deest debita ordi-  
natio ad vltimu fine. ¶ Ad secu-  
dam rñdetur negado pnam. Et  
ratio est. qz magis necessaria est  
superior amicitia qz naturalis.  
qz naturali amore amam deuz  
inoptum summu bonu est parti-  
cipabile a nobis per effect natu-  
rales. et fm quod habem simili-  
tudine ad ipsum per bona natu-  
ralia. sed quia natura no potest  
peruenire ad operationes eius  
que sunt sua vita et sua beatitu-  
do scilicet visio sue essentie. ideo

etiam ad amicitiam non pertingit  
que facit amicos conuere et in  
oibus conicare. Et ideo oportet  
superaddi caritate per qua ami-  
citiā habeam. et ipsum amem  
ei assimilari per participatione  
spiritualiu donoz. et desiderem  
vt participabile per gloriam ad  
amicis suis. Et ista est amicitia  
que est inter prudetes virgines  
et sponsum suum xpm.



¶ Secunda  
questionē qua  
queritur. vtrū  
brā agnes fue-  
rit despōsata  
xpo. Rñdetur  
qz sic. Patz et  
euangelio vbi dicitur. qz pruden-  
tes virgines intrauerunt ad nu-  
ptias cu spōso suo scz xpo. Pre-  
terea dicit. ij. Cor. xj. Despondi-  
em vos vni viro. i. xpo. virginez  
id est virginitate exhibere xpo.  
¶ Rñdeo dicēdu. qz cu virtus sit  
amor vnitina. vt ait dionysius.  
Et vt dicit apostolus. Qui adhe-  
ret deo per amore vnus spūs fit  
cu. eo. Inde vt dicit berni. Amor  
maritat animā xpo. Eum autez  
beata agnes ardetissimo amore  
amauerit xpm ipsius spōsa fuit.  
Unde ipsa pfitetur in vita sua  
dicens. Ipsi sum desponsata cui  
angeli seruiūt. Item anulo suo  
scz fidei per dilectione operatis  
subartauit me. et inmensis moni-  
libus ornauit me. Vbi notandū  
qz beata agnes gloriosa effecta



In festo sancti vincentij martyris.

de hac desponsatione comendat multipliciter sponsum suum. Primo a nobilitate originis. cum ait de eo. Lilius mater virgo est et pater feminam nescit. Secundo a celitudine dignitate cum de eo dicit. Ipsi sum desponsata cui angeli deseruiunt. Tertio a pulcritudine et speciositate. cum ait. Lilius pulcritudine sol et luna mirantur. Quarto a largitate munerum. cum ait. Immensis montibus ornauit dexteram meam. et collum meum circumdedit lapidibus preciosis. id est bonis operibus per dexteram patientiam in passionibus tradidit auribus meis inestimabiles margaritas verba scilicet diuina. preciosissima cielade. id est toga auro texta. id est aurea caritate immensis monilibus ornauit me. id est sincerissimo et castissimo amore quo ex omni parte clausa sum. Quinto comendat a specialitate amoris. cum ait. Signum posuit in faciem meam. Signum quid est virginis ut mens illud considerans fidelitatem ei conseruet. et sic omnes carnis delectationes spernat. vnde ait. Ut nullum preter eum amorem admittam. In signum passionis sue ad omnia aduersa toleranda. et ideo ait. Sagittis eius ornauit genas meas. ut scilicet gene in quibus apparet verecundia sicut sanguine sunt. infuse ut nullus de cetero rubor ibi appareat pro aliqua mundana confusione. Sexto comendat eum ab honestate et fecunditate nuptiarum. cum ait. Amo christi cuius thalamum introiui

que cum amauero casta sum. cum tegero munda sum cum accepero homo sum. Tactus autem carnalis pollutus sed iste mundat. ille virginitate violat iste autem ab omni macula preseruat. Nota bene rationem horum. quod amor vnit et extasim facit secundum Dionysium et quanto aliquid plus nobilitati vnitur tanto nobiliter efficitur. Ratio ergo omnium est amare. quod mundissimus et fecundissimus est sponsus. et ideo necesse est ut ea sponsa que illi coniungitur munda et sancta sit.



In festo beati vincentij martyris. est euangelium. Amen amen dico vobis. Nisi granum Job. etc. Circa quod possunt disputa

tari sequentes questiones. Prima. vtrum quis possit absque caritate perfecta martyrio se offerre. Secunda. vtrum beatus vincentius sic ministrauerit christo fortiter usque ad mortem pro eius fide certando. ut a patre celesti mereretur honorificari speciali corona glorie. quod dicitur aureola.



Prima questione. vtrum quis possit absque caritate perfecta martyrio se offerre. sic per

ceditur. Et videtur quod sic. super illud